



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1601. usque ad annum 1605

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1776**

**VD18 90118790**

§. 196. Diversa Anglorum judicia de hac Regis oratione.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67204](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67204)

**Sæc. XVII.** *fenestrâ cordi meo esset præfixa, per quam  
A. C. 1605. intima mei animi penetralia & cogitationes  
omnium oculis subjicerentur; sic enim præ-  
fecto omnes perspicerent, nullam ex hoc præ-  
fecto in animo meo alterationem extitisse, in  
duo tantum posthac mihi diligentius præ-  
incumbendum existimo, primum ut tanta  
iniquitatis mysteria, quantum fieri potest,  
eruantur, deinde ut rei, qui comperi fuerint,  
ea qua par est, severitate puniantur.*

Absoluta hac oratione Rex conven-  
tum denuo ad vigesimam primam Ja-  
nuarii diem distulit, ut conjurationis  
conscii interea perquiri, pœnisque pro-  
meritis affici possent.

## §. CXCVI.

*Diversa Anglorum judicia de hac  
Regis oratione.*

*Rapin Thoi-  
ras hist.  
d' Angl. l. 18.*

**H**unc Regis sermonem summo ap-  
plausu excipiebant Aulici, ad sy-  
dera usque extollentes Jacobi I. Sapien-  
tiam, justitiam, æquitatem, animique  
magnitudinem: præcipue vero com-  
mendabant, quod licet una ex parte odio,  
quo sufflantibus Ministellis in Catholicos  
exarserat, stimulatus, altera vero ex par-  
te æquitatis sui que officii legibus arcta-  
tus esset, maluerit tamen Catholicorum  
Religionem vindicare, cautione adhibita,  
ne innocentes cum fontibus confunde-  
rentur.



rentur. Non tamen eadem erat Puritanorum sententia, qui non modo regiam sollicitudinem pro innocuis Catholicis ægerrime ferebant, sed præcipue abominabantur differentiam, quam inter Religionem Romanam & Puritanorum sectam statuerat, asserens, quod fides Catholica non obsit, quo minus ejus membra adhuc fideles permaneant subditi, econtra autem Puritanorum secta in Regno bene stabilita toleranda non sit, uti in nupera oratione Rex asseruerat, in hac vero, ut ceterorum Protestantium invidiam erga Puritanos mitigaret, haud contentus, quod eorum opiniones ad politicum Regimen minime spectantes detestatus esset, insuper illas flammis dignas censeret. Præterea non deerant alii, qui inter cetera observarent, quod Rex illam opinionem, quam flammis dignam assererat, ac Puritanis adscripserat, æquiori jure eandem Catholicis quoque attribuere potuisset.

Sæc. XVII.  
A. C. 1605.

§. CXCVII.

*Regis edictum pro vindicanda Principum innocentia.*

Interim varius populi rumor de conjurationis Authoribus, ac conscis per urbem volitabat, quippe

Juvenc. Hist.

Soc. l. 13.

p. 5 n. 48.

Cont. Sleid.

vulgi lib. 12.

Z z 4